

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes, Klein. I.U.D. Et
Pand. P.P. ... Ad Sacrum Exequiale, Quod Matronae ... Annae Ridemans. Viri ...
Dn jacobi Carmohns Civis ... Relictae ViduaeHodierna Hora Prima In Aede D.
Jacobo Dicata, Adornatum Expetunt ... Omnes Academiae Cives ... Invitat : [P. P.
Rostochii, Sub Sigillo Academiae 25. Maii. Anno 1698.]**

Rostochii: Wepplingius, [1698]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414572>

Druck Freier  Zugang



Klein, J.
in
A. Ridemann,
viduam J. Carmohn.
Rostock, 1698.

48

PROGRAMMA,
QVO

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES, Klein.

J. B. D. ET PAND. P. P. NEG NON CONSIST.

MECKL. h. t. DIRECTOR.

SACRUM EXEQVIALE,

QVOD

MAIORÆ HONESTISSIMÆ AC

LAUDATISSIMÆ

ANNÆ Widemans.

VIRI QUONDAM PEREXIMI AC SPECTATISSIMI

DN JACOBI Warmohns

CIVIS, GUM VIVERET, HUIUS CIVITATIS PRIMARI,

ET HEREDITARI IN Biegen ET Keinstorff

RELICTÆ VIDUÆ

HODIERNA HORA PRIMA IN ÆDE D. JACOBO

DICATA, ADORNATUM EXPETUNT,

MOESTISSIMI LIBERI,

OMNES ACADEMIÆ CIVES, SUO QVOSQVE

TITULO CONSPICUOS, QVA FASEST,

HUMANITATE INVITAT.



Rostochii

Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

48



Idistis delineatum nuperè, CIVES
ACADEMICI, OMNIUM OR-
DINUM HONORATISSIMI,
qvantæ rerum humanarum sint
vicissitudines, qvamqve varium.
Mortis in nos Mortales imperium,
occasione Funeris, qvò Optimo
Filio JUVENI, in ipsò *etatis Vere*
præmaturâ morte abrepto, in a-
cerbò positi luctu Parentes para-
bant superstites. In eòdem argu-
mentò ut hæreamus porrò, faciunt exeqviæ, qvas nunc al-
teras publicè indico, postqvam ante ter septem dies Rectio-
nem Academiae suscepi, rarioris Pietatis, omniumqve, hunc
sexum apprimè condecorantium Virtutum Exemplaris, MA-
TRONÆ Optimæ, in ipsâ *etatis ultimâ livèâ, octuagesimò ferè,*
ejusdem annò laudabiliter exactò, piè placidèq; extinctæ. Lu-
gebant inibi *Mæstissimæ Parentes,* tristem etiamnum cottidie ju-
stissimi doloris sui refricantes memoriam, non sine ratione,
in ipso etatis flore, inversò ac præposterè abiisse mortalitatis or-
dine Filium, longiori vitâ dignum, æqviori forsan animò
maximam optimæ spei jacturam admissuri, si ipsis vivis ad
proximam extendere vitam terminum licuisset, inter ipsa
ferè vitæ initia inopinatò fatò ad meliorem vitam & æterna-
tura gaudia evocato Filio. Neqve tamen inde justam sibi
luctus deesse credunt caussam, qvi hodiè decenti pompâ se-
pulchrali efferunt Matrem, Aviamq; suam, Libri ac Nepotes
relictì, qvò illa rarioris ætatis spatiù feliciter vivendò emen-
sa fuerit, inq; ipsa *summâ Senectate rectò mortalitatis ordine* vitæ
satura, placidâ morte exspiraverit, argumentò certissimò,
Mortem, qvòcunq; nostras tempore tabernas pulset tandem
pede,

pede, nunquam tamen commodâ appropinquare horâ, ipsis
etiam morituris, seniò licet enervatis, *prorogationem terminò*
non rarò anxie desideraturis. At verò, quanquam luben-
tes largiamur, Liberis piis justissimam semper adesse lugen-
di causam, etiam tum, cum denasci, quibus nati sunt, con-
tingat ipsis superstitibus Parentes Optimos, ordinarium,
eumq; ultimum vivendi terminum rariori hisce seculis exem-
plò supergressos; Habent tamen illi, quò lenire inde subor-
tum dolorem possint facilius, quod multis ex longiori Paren-
tum vitâ commodis ipsis frui concessum fuerit diutius, quo-
rum vix efflorescentem in ipsâ miserè herbâ cum præcoci ta-
tò ante se extinctis Liberis spem decollasse omnem, in extre-
mum luctum conjecti impatientius ac dolentius rectè mœ-
rent Parentes, Paternò affectu quemcunqve amoris gradum
facile superaturò. Ceterum disparem morientium, suosqve
lugentium sortem qui diffiteri non ausit, non agrè tamen
concedet, cum humani ævi conditionem *primus & ultimus*
dies contineat, parum interesse, quò quis tandem mortalita-
tem exuat tempore, inq; eo maximam Mortalium consistere
felicitatem, si, quam quis prosperè accepit, placidè tandem red-
dere vitam possit, justò inde solatiò minimè defuturò illis,
qui doloris vehementiâ fracti ac dejecti penitus, rectam hanc
solaminis causam, non nisi cum temporis diuturnitate re-
cedente sensim recentis doloris sensu, demum ad animum
admittunt. Consideratio hæc nobis nascitur in funere opti-
mæ, & ab omni Sexus sui virtute laudatissimæ Matronæ,
ANNÆ ADAMÆ/Dn. JACOBI CURMIOHNS
piè defuncti, olim relictæ Viduæ, cujus sacrum hodie ador-
natum expetunt relictæ Liberi & Nepotes Mœstissimi, quorum
propriis verbis ejusdem *Natales, Educationem, Conjugi-*
um, fata ac Virtutes benè multas exhibere consultò placuit:

)(2

Proq

Prodit & lucem hanc adspexit, **NOSTRA PIE DEFUNCTA** pietatis
 vera omniumq; virtutum Exemplar die 1. Junii A. O. R. 16c.
 100 xix Chilonii & in lavacro regenerationis **ANNÆ** nomen
 accepit. Patre Viro Pereximio **DN. HEINRICO RIDE-**
MANNO, Mercatore, Oenopola & primario Antistite **D. Nico-**
lai sacri & Sedecem Viro. Matre vero, Fœmina & pietate & Vir-
 tibus condecoratissima, **ANNA DREIERIA** post beatum
 Mariti Desideratissimi obitum per triginta annos Viduâ, & 85-
 etatis anno demum Vitam cum morte commutante. Avum Pa-
 ternum habuit Virum conspicuum, **DN. HERMANNUN**
RIDEMANNUM, Mercatorem præcipuum apud Osna-brugen-
 ses. Aviam Paternam, Fœminam piensissimam **ADELGÜN-**
DAM TRIETMERIAM. Avus maternus ipsi exstitit, Vir
 Eximius **PETRUS DREIERUS** mercator primarius Ecklenvor-
 dii in Holsatia. Avia materna **MARGARETHA TAPPEN**,
 Fœmina, virtutibus sexum suum ad decentibus apprime dotata. Ab-
 Avum Paternum habuit Virum Perquam Reverendum & Clarissi-
 mum **SIMONEM RIDEMANNUM** Ecclesiastem Osna-brugen-
 sem vigilantissimum. Ab aviam paternam, Fœminam apud Osna-
 brugenses undiquaq; laudatissimam, **ANNAM MARGARE-**
THAM ARNDIAM, Plurimum Reverendi atq; Clarissimi **DN.**
M. HEINRICI ARENDS Pastoris ibidem Vigilantissimi meri-
 tissimiq; filiam. Ab avus maternus erat Vir Nobilissimus Consultissimus
 & Amplissimus **THOMAS BORNSEN** Consul Ecklenvordiensis celo-
 bratissimus, **DNI. NICOLAI**, Consulis quoque ibidem gravissimi,
 Filium. Ab avia Materna, Fœmina Prænobilis **ANNA von Har-**
ßen / DN. PETRI, Senatoris Prudentissimi Ecklenvordii Filia. A-
 tantis Majoribus, **NOSTRA CARMONIA**, quæ jam ad fe-
 rale officium nos exiit, sata, viteque exordium adepta est. Lu-
 cem dix adspexit cum mox per sacra aquæ tincturam celo desti-
 naretur

maretur. Et sicuti à laudatissimis Parentibus **NOSTRA** oritur
est, ita pravam non potuit trahere indolem. Parentes ab ejus in-
cunabulis sollicitius id egerunt, ut cum lacte materno Pietatem,
quæ ad omnia utilis, cæterarumque virtutum, quibus **NOSTRA**
pie defuncta apprime imbuta fuit, unica est basis & firmamen-
tum, imbiberet. Eum in finem quotidie horis matutinis & ve-
spertinis, cum etas ejus ferret, lectionibus Bibliis **NOSTRA**
assucta, dicta palmaria excerpando non tantum memoria manda-
vit, sed etiam assidue verbi Divini in templis auditu, fidem in
Salvatorem nostrum **JESUM** aluit, alendo auxit, & augendo
confirmavit, atque ita in cognitione salutifera indies crevit.
Cum autem **A. M. DC. XXIX.** Dominica Palmarum, **DEI**, vite
nostræ autore, ita disponente, optimo orbaretur Parente, accrescen-
tibus annis, ut matris Vidua non saltem dolorem sed & curam le-
varet, rei domestica onus suscepit, ejusque sollicitudini felicissime
præfuit. Hanc lectissimam Virginem **JACOBUS** **CARMONIUS**
sui temporis Viduus, **AGNETHA** enim von Tiehnen Conjux
ejus desideratissima ultimum **VALE** mortalibus jam dixerat,
negotiorum matris sua causa Chilonium proficiscens, perditè ama-
re cœpit, & matris pie recordationis & quorum intererat consen-
su impetrato, Anno **M. DC. XLII.** eam vite sue sociam duxit.
Cum quo **XLI.** annos concordia summa suavissime exegit.
Stante hocce matrimonio decies Mater, **HENRICUM**, **MAR-**
GARETHAM, **AGNETHAM**, **ANNAM** **MAR-**
GARETHAM, **LAURENTIUM**, **DOROTHEAM**,
CHRISTOPHORUM **NICOLAUM**, **CAROLUM**
JOHANNEM, & **CATHARINAM** **DOROTHE-**
AM, hoc enim geniti sunt ordine, suscipit. Quorum tamen
optata vivacitate, diu **EADEM** **BEATA** **NOSTRA**, in sinu gau-
dere non potuit. Octo enim, nonnullos prima olim tenerima-
que etate, alios, ubi ad proveciores pervenissent annos, quosdam

in officio & dignitate constitutos, imprimis HENRICUM sem-
pli nostri Cathedralis Jacobai quondam Pastorem desideratissi-
mum, item CAROLUM JOHANNEM, Tribuni lo-
cum sustententem, & STEPHANUM cheu! amisit imò pramisit.
Superstes autem duo, VIR Plurimum Reverendus, Praecellentis-
simus, Clarissimusque DN. M. LAURENTIUS, Pas-
tor Hagenoviensis vigilantissimus, fidelissimus, ejusque Circuli Se-
nior Venerabilis, amicus noster honoratissimus & Nobilissima Vir-
go ANNA MARGARETHA, quae pietatem & vitam
tranquilliore[m] exercendi ergo Coenobium Ribnizense ingressa, ad
nostram Beatam ante placidum ejus obitum cum filiolo Sci-
tissimo DN. Senoris, delati, Benedictionis ejus ardentissima par-
ticipes sunt redditi. Nepotes quoque vidit NOSTRA ex filii pri-
mogeniti, M. HENRICI priori Connubio cum ANNA
EIBELURSA inito quatuor filios, JOHANNEM JACO-
BUM, HENRICUM, atq; hoc praedefuncto, adhuc HEN-
RICUM, JACOBUM, & Filiam unicam ANNAM ELI-
SABETHAM, qui omnes solò JACOBO excepto, J. U. Studio-
so hodie Jena commorante, praeproperà extincti sunt morie. Ex
posteriori conjugio, cum CHARITATE, VARENIA pacto,
Tres itidem filios, AUGUSTUM, HENRICUM, & PAU-
LUM JOACHIMUM, ac unicam filiam ANNAM CHA-
RITATEM. Ex quibus PAULUS JOACHIMUS Brema ad-
presens in VIRI Maxime Reverendi, atq; Excellentissimi DN. Doctoris
LOCHNERI, Generalis ibidem Superintendentis Meritissimi, con-
juncto & cura degens, cujus coeptis feliciter studiis Deus clementissime
benedicat, superat. Ex DN. M. LAURENTII, autem thoro
ire exosculata est nepotes, binos filios CAROLUM LE-
OPOLDUM, & JOHANNEM FRIDERICUM, ac u-
nicam filiam, CHRISTINAM WILHELMINAM, quo-
rum primogenitus cum sorore mellitissima prematura merie ab
reptus

reptus est, Juniore adhuc, per DEI gratiam, superstite, quæ
idem Numen in nominis sui sanctissimi gloriam, Parentis gau-
dium succrescere & Majorum suorum ætatis terminum attingere,
imo sapere clementissimè largiatur. Vitam, in Vita, BEATA
NOSTRA vixit inculpabilem. DEUM & SALVATOREM no-
strum JESUM ejusque Verbum fragrantissimo prosecuta est amore.
Corde potius quam ore, suspiriis magis quam Verbis calidissi-
mas ad DEUM fudit preces. Variis quoque, iisque Spirituali-
bus oppidò probata tentationibus, solam gratiam DEI in JESU
Salvatore anxie desideravit. Et in hac lucta non à DEO fuit
derelicta, divinitus sibi inspirari aliquando visa est hac Verba:
ESTO FIDELIS AD MORTEM USQUE ET DABO TIBI
CORONAM VITÆ. Erga Viduas, BEATA NOSTRA VIDUA, item
miseros & necessitatibus pressos fuit munifica, quod heic Rostochii
& alibi degentes testantur, obitum ejus lamentantes. Ad mor-
bum BEATÆ NOSTRÆ quod attinet: ipsa Senectæ cum sit mor-
bus, imo mors, causa morbi fuit etas mala. Insuper die 12.
Febr. horror ingens totum occupans corpus, omnes præstravit ejus
vires, ut sper ex capitali hocce morbo revalescendi decollaret. Et
licet pharmacis huic mala medentibus usa fuerit, tamen morbus
spretis his omnibus, aded accrevit, ut natura vehementia ejus
sufferenda impar esset. Perseverans Vita sue imminere ter-
minum, à VIRO Reverendo DN. JOACHIMO SUSEMI-
LIO, Pastore NeoKirchensi fidelissimo, Viatico instructa optimo,
viam ingressa est ad cælum. Cum jam in ultimis videretur con-
stituta, ei que acclamaretur, ut verborum quondam in Spirituali
lucta sibi quasi inspiratorum recordaretur: Sey getreu biß in
den Todt/ so will ich dir die Erhne des Lebens geben: verba
ultima. So will ich dir die Erhne des Lebens geben depresso
voco repetens, die 17. Febr. horâ 2da matutina inter preces & su-
spira adstantium animam placidè efflavit in manus Salvatoris
commendavit. postquam ferme annos vixerat XXG,

Sic

Sic igitur singulari Dei in morientibus beneficio, Opus ipsa natura suum, quod coagmentavit, integrâ mente, certisque MORITURÆ sensibus, placidâ ac beatâ morte dissolvit, animâ DEO, ejusdem Authori redditâ, quocum jam omnium miseriarum expers, Angelorum, Beatorumque consortio mista, æternis perfruitur gaudiis, corpore interim exanimô bene & in tranqvillâ pace usque ad gloriosum Servatoris nostri adventum in terrâ quieturô: Cui, cum hodiè PIE DEFUNCTÆ sint reddendæ exuviae, cineribus Maritalibus jungendæ, nostrarum omninô erit partium, CIVES OMNIUM ORDINUM HONORATISSIMI, Pientissimæ hujus Matronæ frequentes, promptasque ire exequias, ultimôque hocce Benivolentiæ ac Humanitatis Officiô, condolentiam nostram Mœstissimis Libris ac Neptibus prolixè testari. Facietis hoc, scio, vestrâp te sponte justissimum Mœrentium dolorem hâc pacto haud parum levaturi, & inter eundem exactissimè examinaturi, quàm sit hæc vita nostra

Somnus, Bulla, Vitrum, Glacies, Flos, Fabula, Fœnum.
Umbra, Cinis, Punctum Vox, Sonus, Aura, Nihil.

Conventus fiet in Æde Jacobæâ Horâ I.

P. P. Rostochii, Sub Sigillô Academiæ

25. Maij. Anno 1698.



pede, nunquam tamen commodâ appro
etiam morituris, seniò licet enervatis, p
non rarò anxie desideraturis. At verò
tes largiamur, Liberis piis justissimam s
di causam, etiam tum, cum denasci, qv
tingat ipsis superstitibus Parentes Opt
eumq; ultimum vivendi terminum rario
plò supergressos; Habent tamen illi, qv
tum dolorem possint facilius, qvò mult
tum vitâ commodis ipsis frui concessum
rum vix efflorescentem in ipsâ miserè her
tò ante se extinctis Liberis spem decolla
mum luctum coniecti impatientius ac
rent Parentes, Paternò affectu quemcun
facile superaturò. Ceterum disparem n
lugentium sortem qui diffiteri non aus
concedet, cum humani ævi conditione
dies contineat, parum interesse, qvò qv
tem exuat tempore, inq; eo maximam M
felicitem, si, quam quis prosperè accepit
dere vitam possit, justò inde solatiò mi
qui doloris vehementiâ fracti ac dejecti p
solaminis causam, non nisi cum temp
cedente sensim recentis doloris sensu,
admittunt. Consideratio hæc nobis na
mæ, & ab omni Sexus sui virtute laud
ANNAE RUDOLPHINÆ Dn. JACOBI
piè defuncti, olim relictæ Viduæ, cujus
natum expetunt relictæ Liberi & Nepotes
propriis verbis ejusdem *Natales, Edu
um, fata ac Virtutes* benè multas exhibe

(2)

prâ, ipsis
termini
luben
lügen
nt, con
narium,
is exem
e subor
i Paren
us, qvò
ecoci fa
in extre
ctè mœ
gradum
suosqve
è tamen
ultimus
ortalita
onsistere
dem red
rò illis,
am hanc
itate re
animum
ere opti
atronæ,
HNS
lie ador
qvorum
Conjugi
placuit:

Proq

